

Comment. In Danielem

- lerunt. Hæc via viri in virgine est conceptio Christi in vtero virginali, quam Salomon admirabatur. Et quoniam sacratiffima Dei genitrix Maria fuit semper virgo, appellatur in Canticis hortus conclusus, & fons signatus. Quatuor sunt ortus, primo fuit hominis absque uiro & scemina, nimirum procreatio Adæ ex limo terræ: secundus ex uiro absque scemina, nēpe procreatio Heuæ ex Adam: tertius ex uiro & scemina, qui est communis hominum: quartus ex scemina absque uiro, qui est Christus ex virgine gloriosa Maria. Hæc est quarta illa generatio, de qua illud potest intelligi, quod Deus dixit Abrahæ, fore, ut generatione quarta reuerterentur eius filij ad terram promissionis, hoc est ad cælestem patriam, ad gloriam sempiternam, ad quam nemo ingrediebatur ante aduentum Christi. At postquam ille natus est ex Virgine, ingressuri erant illuc filij Abrahæ secundum spiritum, qui sunt veri Christiani. Diuus enim Paulus capite quarto epistolæ ad Romanos uocat Abraham patrem omnium credentium. Et capite tertio ad Galatas: Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus. Et paulo post: Ut promissio, inquit, ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Omnes enim qui in Christi fide charitate formata decedunt è vita, ad cælestem patriam veram promissionis terram, aut confessim si nihil habent, quod purgent, aut si habent, perpurcati ingrediuntur. Aspicis igitur montem hunc ex quo excelsus est lapis sine manibus esse sanctissimam Dei genitricem Mariam semper virginem.
- Cant. 4.** Diuus Augustinus tractatione nona in Ioanem hunc locum explanans. De quo, inquit, monte præcitur hic lapis, nisi de regno Iudæorum, unde Dñs Iesus Christus secundum carnem natus est? Idem etiã ait tractatione prima in epistolam primam Iohannis. Diuus Ambrosius sermone 70. Mons, inquit, de monte sine manibus concidentium est filius de patre absque vilius creationis accessu. Hippolitus hoc ad secundum Iesu Christi aduentum referendum putat. Et per illud, sine manibus, intelligit repente & inopinato. Ac si dicat: Non uehetur Christus per manus paulatim, sed in istu oculi uenit mundum iudicaturus. Alij per uerba hæc, sine manibus, interpretantur, sine nostris operibus & meritis, sed misericordia suauis illud Apostoli ad Titum cap. 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Oēs has expositiones admittit hic locus, sed prima meo iudicio inter omnes vna eminet, alius communior, & præstantior, & ad lieræ institutum accomodatior. Ea est Helychij Hierosolymitani & multorum aliorum insignij auctorum. ¶ *Lapis sine manibus.* Hic lapis est Christus, de quo ait diuinus psaltes: Lapidem quæ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Nam ille quæ scribæ & pharisæi tanquã lapidẽ iouitile, nulliq; loco aptum abiecerant, collocatus fuit in potiore & digniore ecclesie loco: est enim eius caput & rex. Huc locum interpretatur de seipso Christus Iesus apud Mattheum cap. 21. Et de eodem Christo diuus Petrus 2. prioris suæ canonice. Et diuus Paulus cap. 2. ad Ephesios. Eundem appellat etiã Esaias lapidem cap. 8. dicens. Erit uobis in sanctificationem, in lapidem autem offensiois & petram scandali duabus domibus. Israel. Et 18. Ecce ego mitto in fundamentum Sion lapidem, lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento positum. Qui in eum crediderit, non confundetur. Appellatur fundamentum Sionis, quia sit per illum fundata est Ecclesia nomine Sionis significata: & angularis, quia totum continet ædificium ecclesie, & duos parietes in vno angulo coniunxit, Hebræos scilicet & Gætiles, religione antea ac moribus discrepantes, quos in corpus vnum coagnerauit. De eo ait capite 3. Zacharias: Ecce lapis, quem dedi vobis, & super lapidẽ vnũ septem oculi sunt. Hoc est, septem dona Spiritus Sancti. Vel vt ait venerabilis Beda, super Christum vniuersitas scientie spiritualis inhabitat. Poteris per septem intelligere multos, & per oculos fontes, solemus enim fontes oculos aquæ appella-

Tic. 3.

Helych.

Pl. 117.

Mat. 21.
1. Pet. 2.

Ephes. 2.
Esa. 8.

Esa. 18.

Zach. 3.

Beda.